

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Valerii Flacci Setini Balbi Argonauticon Libri IIX

Valerius Flaccus Setinus Balbus, Gaius

Lipsiæ, Anno M.DC.XXX

Ad librum VI.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1194)

A D

LIBRUM VI.

VERS. 14. CONSILIIIS DUM NOX VACAT
ALTA MOVENDIS) Plutarch. de Curios.

Τὴν νύκτα σέως εἶπον Ευφρόνην, μέγα σέως ἀρείστον
τῶν ζητημένων καὶ σιέψιν ἠγέμενοι τὴν ἡσυχίαν
καὶ τὴν ἀπειρίσπισον. Idem Sympos. 7. quæst. 9. Mau-
ricius IX. Strateg. τὸ συμμέτρως ἀετῶν, καὶ ἀρεπτεῖν
καὶ ἐν τῆς νυκτὸς βελδέει τὰ περὶ τῶν ἀναγκαίων ἀγα-
θῶν ἐστίν. ἐν νυκτὶ ἢ εὐχερῶς τελειῶται βουλὴ, ἡρεμίας ψυχῆς
ἐν τῶν ἔρωθεν γούρῶν. Onofander Strateg. c. 1. ἐν νυκτὶ
ἢ ὡς τὰ ποικῶν, ψυχῆς ἡρεμίας, πρατηγῆ ζωμῆ τελειῶται.
Ibi Rigalt. in Notis. Lxl. Bisc. T. 1. H. S. lib. 5. c. 19. in-
fra lib. 7. v. 70. *Consilii nox una satis.*

v. 20. EXORDIA BELLI) πολέμου ἢ ἐγγύων σφοδρῶν
Prov. *Exordium est proacium rei.*

v. 23. SANGUINE PUGNÆ) Lib. 5. v. 495. *Si petere
hoc savi statuissent sanguine belli.*

25. PER MARIS IGNOTI) Germanicus Cæsar A-
rato: *Ignotig maris cursus.* Tacitus: *Periculum horridi
est ignoti maris.* Ita *ignotum fretum* dixit Claudianus,
de IV. Honor. Conf. v. 33. *ut ignotum orbem.* Columella
de re rust. præf. & Manilius. supra lib. 4. v. 370. *Ignotus
jubeat ire vias.* Lib. 7. v. 134. *Ad ignotos ire tyrannos.* Et v.
174. *Ignota animum contingere curâ.*

v. 32. VOX Q; DEI PARITER PUGNAS AUDITA
PER OMNES) De Martis voce à Diomede fauciatu ita
Homerus Iliad. 5. ——— ὁ δ' ἔβραχε χάλκεος ἄρης, ὅσος
τ' ὀνείαχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι Ἀνέρες ἐν πολέμῳ, ἔειπε
ζωῶντες ἄρῳ.

v. 37. MILLE VEL ORA MOVENS) Vide Nonnum
lib. 13. v. 47. Ovid. 1. Trist. 4. v. 53. Silius lib. 4. v. 527.
Supra lib. 5. v. 218. Ita Petrus Pictavenſis in panegyricis:

*Verum quid facio? si linguis mille sonarem, Non posset en-
lamus cuncta referre mecum.*

v. 39. UBERE) pro copiâ, fecunditate, ubertate, atq; multitudinē. *Terra uber*, dixit Palladius de re rust. lib. 1. c. 6. uti ex membranis corrigat doctiff. Zinzerling. Promull. Crit. c. 25. ubi exemplis aliis id illustrat. Vide & Ind. Dracont. & infra v. 711.

v. 39. DEFIT) Priscian. lib. 8. p. 802. *Deficio, loco passivi defio facit.* Terent. Eun. 2. 2. *Nihil cum sit, nihil defio tamen.* cum passivam vim habeat, *defio facit.*

v. 42. ARDENTES ALAMOS) Barth. lib. 2. c. 12.

v. 52. SEMIFERÒ CAPTUS CORPORE) Ita mirata est olim Aquitania Gallica *Melusinam*: de quâ sapientes perpauca tradunt, multa & mira circulatores. Ejus Sobolem ad hanc diem durare compertissimum. *Judicia Dei* dubio procul sunt abyssus multa. *Maser.* Hujus mentionem facit Petrus Fulvius ad Roland. *Be-
tolaudum*:

*Proditâ Remundo sic Melusina canatur,
Tantum parte sui posteriore draco.*

Vir eruditione & dignitate prælustri Jacob. Aug. Thuanus lib. 39. hist. T. 2. p. 31. edit. Francof. *Melusina* *vurris*, & *fontis Melusina*, à poetis Gallis decantata, *fabulis famosi*, mentionem facit. Ego de hac legere me aliud nihil memini, præterquam scriptum, quod in vernaculâ nostrâ circūfertur. De eâ disserit Brouverus in Annalibus Trevirensibus. Pro verâ historiâ agnoscit Vecerius in vitâ Henrici VII. Imp. Vanitatis arguit Felix Ofius Notis in Mussati Historiam. At ego (scribit ad me in literis suavissimis illustris Goldastus) non dubito, quin Melusina illa existerit ex nobili prosapia, & veneficiis suis Raimundum stirpis Luceburgiæ auctorem, effascinarit. Nam fama constans est apud incolas, qui mihi ante biennium rudera cæ-

Ari, in quò habitat, commonstrarunt. Et facile po-
tuit monstrata illa species à Dæmone ejus repræsen-
tari. Vide & Philipp. Camerar. med. hist. cent. 1. c. 69.
& Frider. Tileman. in Discursu Philolog. p. 355.

v. 54. TRIFIDIS ARDORIBUS) Felt. in *Mannbia*
Jovis. Seneca lib. 2. quæst. Nat. c. 40. infra lib. 7.
v. 566.

v. 57. DRACONES) V. N. ad Prudent. v. peristeph.
v. 35. Suid. in vocibus Ἰδοί & χαλινοί. Læl. Bisciolam
T. I. H. S. lib. 3. c. 8.

v. 61. OLIM INEST) *Olim*, tria tempora comple-
ctitur. *Præsens*, ut h. l. & Juvenalis sat. 6. *Audis, quid*
veteres olim moneatis amici. Præteritum. Horat. *Olim*
truncus eram ficulnus, inutile lignum. Futurum: Virg.
Forsan & hæc olim meminisse juvabit. Ponitur & pro in-
terdum & nonnunquam: ut illud Horatianum: — *Ut*
olim crustula dant blandi doctores. Schol. Juvenal. ad
Sat. 6.

v. 67. GANGARIDUM) Turneb. 5. c. 4.

v. 67. EFFERAT) Statius 2. Achill. v. 425. *Raptum*
Superis Mars offerat aurum. Joseph. Iscan. lib. 1. de bel-
lo Trojano v. 262. *Se vulture ferat, animumq; his asperat*
agrum. Et lib. 5. v. 143. *Paucisq; cachinnum asperat*.

v. 71. SÆTIS FULGENS ET CORNIBUS AUREIS)
Turneb. 29. c. 25.

v. 71. AUREIS) Adi Gifan. Ind. Lucret. de Synec-
phonefi p. 465. Poet. Giffen lib. 2. c. 1. p. 169.

v. 72. CONTI) *Contus*. Nonio hasta longior & robu-
sta. infra v. 162. *Ingentis frenator Sarmata conti*. v. 256.
Impulit adversò præteps equus Ochea contiò. Prudentius
Psychom. v. 116. *Inpatiensq; mora conto petit increpat* etc.

v. 74. MOVIT ETHYLÆA SUPPLEX CUM GEN-
TE) Explicantur hæc & illustrantur ab eximio Gru-
tero, parte 1. Discursuum ad Tacitum p. 85.

v. 81. ISI SUTILIS ILLIS ET DOMUS) *Isis*

maxobita. Pomp. Mela lib. 2. Strabo lib. XI. Plin. lib. 4. c. 12. supra lib. 2. v. 178.

v. 83. CATEIAS) Lipf. 4. Poliorcet. c. 4. Martin. in Lex. Philolog. Virg. 7. Æneid. v. 741. *Teutonicò rittu soliti torquere Cateias.*

v. 85. POLLENS, VENENIS) Ovid. 3. Trist. 10. *Hofis equò pollens.* Nævius lib. 2. belli Punici: *Pollens sagibus inclitus Arcitenens.*

v. 88. NUBEM) 1, hostium multitudinem. vide supra lib. I. v. 396. Prudent. 5. Cathem. v. 101. *Nec non imbriferò ventus anhelitu Crassâ nabe leves invehit alites.* Et Psychom. v. 133. ——— *Et jaculorum nube supervacuam lassaverat irrita dextram.* Virg. 12. Æn. 253. *Hofsemq; per aurâs Facta nube premuat.* vide Nonnum in Johan. c. 3. v. 140. & c. 4. v. 159.

v. 96. BATARNA) Idem qui *Bastarna*, gens Scythica, teste Dione lib. 38. Appianus Mithradaticia *Trans mare verò in Europa Sarmatarum gantes, Basiliâ, Iazyges, Coralli, Thracum item quacunq; Istrum flumen & Rhodopen Æmumq; montem accolunt, & insuper Basterna omnium horum fortissimi.*

v. 98. ROMPHEA) De hac voculâ videatur Martinius in Lex. Philolog. Hic corripit *mediam*: quemadmodum & alibi legitur. Galterus lib. 4. Alexand. v. 193. *Ignea custodit Virguliâ romphea limen.* Abbo de obsidione Lutetix lib. 2. v. 72. *bis-acutam vocat, h. e. utraq; parte secantem.*

Nostra manens turris, clipeus, nec non bis-acuta Romphia. Et v. 387.

Hic ensis bis-acutus adest meus, hic catapulta.

In Apocalypfi Johannis I, 16. dicitur *ρῶμφεια δίσκου ἰσθμίου.* Prudent. Peristeph. 2. v. 189. *Rhomphea nam calesib' vindex erit voluminum.* Eandem circumscribit hym. 6. Cathem. v. 85. ibid. hym. 7. v. 93. *Rhomphea le inconditum dicit.*

v.99. ACLIDE) Lipf. 4. Poliorcet. c. 4. Virg 7. An.
v. 730. Teretes sunt acilides illuc tela; sed hæc lentio mos est
aptare flagello.

v. 100. TERGA NŒ) 1. superficiem. Ita Ovid.
1. pont. 3. v. 14. *nmnis terga dicit. h. e. glaciem, ut in-*
terpretatur glossa. Virg. 3. Georg. *Vndaq; jam tergo*
ferratos sustinet orbes. Confer Lxl. Bisciol. T. 2. H. S.
lib. 17. c. 2.

v. 100. SECURI ERUIT) Ita penè Ovidius 3. Trist.
10. *Beq; lacu fragiles effodiantur aqua.* Cato 2. Orig.
Quin aquatum, ut lignatum, iubentur ire: securim atq; lo-
sum ferunt; gelum crassum excidunt, eum loro colligatum
aufferunt.

v. 102. NIVËUMq; OLORUM) Ab Euripide in Hele-
nâ v. 218. *cyenus vocatur χιονόχρωσ, à niveò colore;*
Hinc Martialis lib. 1. epig. 116.

Torò candidior puella Cycnò,
Argentò, nive, liliò, ligustrò.

Ausonius parental. 5.

— *Qui clarior esset olors.*

Ovid. epist. Paridis v. 251.

Pectora vel nivibus puris, vel lacte, tuamq;
Complexò matrem candidiora Jovæ.

Eodem alludit Joseph. Iscan. lib. 2. v. 174.

— *At plenius hausit*

Siderisum Ledæa Jovem, totosq; per artus
Lactea materni spirant mendacia Cycni,

v. 105. FALCATOS CURRUS) *Currius falcati, qui fal-*
ces habent. infra v. 387. 395. 401. 409. 415. 424. 723.
Lucret. lib. 3. v. 644. *Falciferos memorant currius abscin-*
dere membra; &c. Ibi Lambin. Turneb. XL. c. 28. Veget.
lib. 3. c. 24. *ibiq; Stevrech. Memnit & scriptura,*
Judic. 1. v. 19. & c. 4. v. 3. & 13. item 2. Maccab. 13, 22
Adde Boch. ad Psalm 19.

v. 107. QUIS TURBA CANUM NON SEGNIUS)

Vide Lips. cent. 1. ad Belg. epist. 44. Eliam Reusner. Artis Strateg. lib. 1. c. 15. Casp. Facius in axiom. bellicis c. 94.

v. 103. LITUOS) infra v. 166. 180. 504.

v. 111. TERRIBILESq; INNEXA JUBAS) *Jubae equorum* in galeâ equites ostentabant: unde ab Homero Iliad. 2. ἰππῶν ἐπὶ τροφάλεια, *galea equinis seris insignis* appellatur. Vide omninò Carol. Paschal. lib. 10. Coron. c. 18.

v. 112. QUANTO SONAT HORRIDA DITIS JANUA) Virg. 6. Æn. v. 417.

*Cerberus hac ingens lastratu regna trifauci
Personat, aduerso recubans immanis in antro.*

Supra lib. 3. v. 227.

v. 115. EUM SCYTHIÆ JAM TERTIA VIDERAT ÆSTAS) Ita pœnè Ovidius 4. pont. 13. *Me jam, Care, nivali Sexta relegatum bruma sub axe videt.*

v. 118. CENTUM GEMINÆ THEBES) *Thebae Aegyptiace*, centum erant portarum. Nonno lib. 4. v. 266. ἑκατόμυρον. Iliad. 9. v. 383. Juvenalis Græcorum more singulariter usurpavit Sat. 15. v. 6. *Atq; vetus Thebe equum jacet obruta portis.* Sed *Thebae in Baoticâ fuerunt* ἐπίπυλοι, Odyss. XI. v. 262.

v. 121. RAPTOR AMORUM) *Neuri*, antiquorum, testimoniò, in lupos quotannis vertebantur: cujus fabulae meminit Herodotus Melpomene, & Mela lib. 2. c. 1. & hic Val. Flaccus, unde legere hic audet And. Schott. 2. Observat. c. 37. *raptor agnorum*, proprium enim luporum, in agnos fœvire, rapere, dilacerare. Neq; verò quenkam hic syllabæ modulus *Agnorum* offendat, durusq; consonantium concursus. In huic loco geminali Ovid. 8. Metam. v. 602.

Debuit illius misereri, & ignoscere nobis

Et lib. 6. v. 469.

Ad mandata Prænes, & agit sua vota sub illâ.

Et Petronius: *Atq; urbana Progne, qua circum gramina fusa.* Ita Horat. 4. carm. 3. *Donatura Cygni, si libeat, sanum.*

v. 123. CANENTIS ÆVI) I. caniciei vel senectutis, quæ canis spargi solet. Ovid. 4. Trist. 7.

*Iam mea cynæus imitantur tempora plumas,
Inscit & nigras alba senecta comas.*

Onomast. *Caneo, es, πλιῶδ.* λακύνωμεν τὴν τεύχεο.

v. 124. INCEPTUS) Zinzerling. Promuls. Crit. c. 43.

v. 114. LANCEA) λόγχη. infra v. 302. *Lancea carulei circumstrepit incita vitas.* lib. 3. v. 586. *Improbæ Maurilancea.*

v. 130. CESSÉ Πῆ;) And. Schott. 2. observ. c. 39. ex Zenobio, cent. 5. adag. 25. *ῥύμῳ καὶ χόρῳ,* hæc intelligenda putat. *Casias* ait in alicujus ortu flere, in obitu autem gaudere: *Καίσιαι ἐπὶ θροῦδης δακρύουσιν, ἐπὶ δὲ δὸπρὸν ἴσκει χειρῶσι.* Idem quoq; fecerunt Thracæ.

v. 132. DOCTUS & ANCHATES) Lips. in *Analect.* ad Milit. Rom. lib. 3 c. 3. p. 23.

v. 138. THURIFEROS SABAËOS) Videndus Martin. in Lex. voce *Saba*.

v. 159. PORTITOR) Charon, portitor apud inferos est. Scholiast. Juvenal. sat. 3. *Supra lib. 1. v. 789.*

v. 160. GEMINIS ÆQUANTES CORNIBUS ALAS)
Infra v. 218

v. 161. CELER MUTATOR EQUORUM MÆSUS)
Scalig. ad Manil. p. 392. de *fulstorem* intelligit: *Comites equos* vocat junctos ἀμύπησι. vide eundem *ibid.* p. 391.

v. 167. QUOT FOLIIS, QUOT FLORIBUS) Pindar. Pyth. 9.

ἴσα τε χερῶν ἡμεῖς φύλ-

λ' ἀναπέπτ' ἔ' ὀπίσω

ἐν θαλάσῃ καὶ ποταμοῖς ψάμμαθ'

ἄμασι ῥιπίσι τ' ὀρέμων κλονέοντα.

v. 181. NECDUM CLARA) Enallage numeri pluralis pro singulari: *Necdum clarum*. Ita Virg. *Frater ut Aeneas jacet*, edio Junonis iniqua; nota tibi. pro, *notum*.

v. 181. QUIBUS SE SE FUGA MENTIBUS ADDAT) *φύλα φύλα κρύπτειν ἐταίρη*. Homer. *Iliad* 10. v. 2.

v. 182. CONSERTIS TELIS) *Conserere tela*, elegantē oratione; uti *Bellum*, *prælia*, *vulnera ferere* dicimus. infra v. 352. *Medioq; in corpore pugna conseritur*. v. 539. *Deus quoq; conserere dextram*. Lib. 3. v. 122. *Conseruere manus*. Confer *Zinzerlingum* promulsi. Crit. c. 20.

v. 185. ALTERNUS CRUOR ALTERNISq; RUINÆ) V. N. 4. pont. 7. v. 50. *Achilles Tati* lib. 3 de *Clitophæ & Leucipp. amoribus* p. 73. b. καὶ ἢ ἢ μάχη τετα. πλ. γαὶ δὲ πρὸ ἀμφοτέρων. καὶ τεταυμάζε καὶ σφαγαί. C. Mar. *Victor*. lib. 3. v. 381. *Confligunt acies; pariter sternuntq; caduntq;*.

v. 186. IMBRES SANGUINEOS) *Prudent. peristeph.* 6. v. 10. *Bis fluxit imber sanguinis per herbas*. *Petron.* *Sanguineoq; recens descendit Jupiter imbre*. *Stattius* 5. *Theb.* v. 607. *Nexusq; madentes Sanguinis imbre novis*. *Joseph. Iscan.* lib. 6. v. 220. *Sanguineos campus consedit in imbres*. vide supra lib. 5. v. 607.

v. 187. OVATUS) *Camerar. cent. I. medit. hist. c. 77* *Alex. ab Alex.* lib. 6. c. 17.

v. 191. MISSILIBUS) *Onomast. Missile, δις δὲ, βέλτε* infra v. 340. *Missile concitat*. v. 540. *Intentaq; adjutum missile planta dirigit*. *Prudent. Ppsych.* v. 151. *Missile de multis, frustra qua sparserat, unum sumit*. C. Mar. *Victor* lib. 3. v. 97. *Elapsum cursu petriscq; secuta est missilibus*.

v. 193. SPARGENTEM VULNERA) infra v. 329. *Spargens hastilia dextra*. *Supra* lib. 5. v. 340.

v. 193. FUNDA) vide lib. 5. v. 607.

v. 197. ABIES) 1. *hastia vel lancea ex abiete*. *Mox* v. 236. *Abies obtusa* *γενε*. *Virgil. Aeneid.* XI. v. 666.

Cujus

Cujus apertum Aduersi longa transuerberat abjete pectus.

v. 200. MIXTA PERIT VIRTUS) Ovid. 2. Fast. v. 217. Fraude perit virtus.

v. 201. SIBILA CUSPIDIS) Aërem cum sibilò scindentis.

v. 207. HASTAM JACIT) i. vibrat. infra v. 270. Tum simul aduersas collatis cursibus hastam conijciunt. v. 381. Ille diu coniectis sufficit hastis. Glos. *pietru, em à-norris, iacio, iaculor, proijcio.* Isidor. in Glos. Conjecit jaculum, amentavit.

v. 208. ALIPEDEM Q;) Joseph Iscan. lib. 5. v. 330. Prior alipedes Menelaus ituros Anticipat.

v. 220. TOT MONTIBUS INTER DIVISO) V. N. 4. Trist. 6. v. 21.

v. 225. TENUIA) Adi Gifan. Ind. Lucret. p. 461. Zinzerling. promull. Crit. c. 36.

v. 229. SPARGENS HASTILIA) Virg. XI. Æneid. v. 650. Et nunc lenta manu spargens hastilia densat. infra v. 698. Spargit sagittas.

v. 233. RIGET HIS MOLLI LORICA CATENA) Lips. 3. de Milit. Rom. c. 6.

242. RUUNT IN FUNERA) infra v. 740. Ruit ecce ferox in funera Perseus.

v. 247. LIQUUNTUR VULNERE MALÆ) Æneid. 3. Huic atro liquuntur sanguine gutta. Fest. Liquitur, labitur, fluit.

v. 261. AB AERE RAMI) Ita Virg. 2. Georg. v. 123. ——— Ubi aera vincere summum

Arboris haut ulla jactu potuere sagitta.

Ad quem locum Scaliger in Poet. ita notat: Vbi locutionem attendas: Vincere summum arboris aërem. Plebejus poeta simpliciter dixisset: arboris cacumens. Crescere autem signatè dicitur de arundine sursum emissà. Martialis lib. 14. epig. 218.

*Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales,
Callida aum tacita crescit arundo manu.*

Et lib. 9. epig. 55.

Aut crescente levis traheretur arundine preda.

Silius lib. 7. v. 676.

Sublimem sequitur calamo crescente volucrem.

Hinc Oppian. 1. Cyneg. v. 66. & lib. 3. v. 488. *δενέυν
δονακὲς πικρῶσι ἀπαρπύον.* Zinzerling. promull. Crit.
zap. 10.

v. 263. VISCOSQ; SUPER CORREPTA) Confer Prudent. Hamartig. v. 806. Et Cathem. 3. v. 41. Ovid. 1. de arte v. 393. *Non avis utiliter viscatis effugit alis.* Seneca 3. de ira c. 16. *Aves viscum dum trepidantes excutunt, plumis omnibus illiunt.* Cassiodorus Var. XI. ep. 40. *Harensem viscum alis suspecta (avis) non insidet.* Theocrit. Idyll 8 v. 57. *δένδρεσι μὲν χειμῶν φοβέγγον κελόν, ὄρνισι δ' ὑσπλαξ.* Oppian. 3. Cyneg. v. 487. *ὄρνιθων δὴσι ἰξός.* Hinc tralationes. Euripides Cyclops: *ἰσσοῦσ' αὐτὸς ἰξός, τὰς κούλικι, λεληκυμῶσι, ἑλύσει.* Plaut. Bachid. 1. 1. *Viscus murus est vestra blanditia. perii; arundo alas verberat.* Vide eundem Afinar.

v. 282. ADEMTUS) V. N. 1. pont. 10. v. 41.

v. 284. FREGITQ; ANIMOS ATQ; ABSTULIT IRAS) Lib. 2. v. 315. *Ni Veneris savas fregisset Mulciber iras.*

v. 296. GLAUCO RAMO) 1. albō, sed decolorē. Paschal. 4. Coron. c. 2.

v. 300. IN AQUOR) 1. campum. Est enim aquora quod æquam habet superficiem, sive sit aqua sive terra. Supra v. 30. *Hinc fundit in aquora Persen.* v. 239. *Mollia; per aquora Castor anfractu levioris equi delinuit hiantes.* v. 569. *Eurytus Examatus agit aquora.*

v. 303. AMISSIS HABENIS) Supra v. 271. *adductis habenis.*

v. 310. SEGNES METAS) infra v. 325. *Festinaq; iedina vite.*

v. 312. TEREBRES TEMPORA) V. N. ad Horac. XVI. Epod. v. 1.

v. 313. PRÆDA FUTURE CANUM) Infra v. 647. *Vos Scythia saturare canes, scythiaq; volucres Heu! miseri venistis.* Libertim hac de re scripsit Boch. ad Psal. 78. quem evolve.

v. 317. VENTOS FERENTES) Lib. 2. v. 429. *Iam flamma portant.* Vide lib. 1. v. 265

v. 318. QUA) De hac vocula V. N. i. pont. 1.

v. 336. UETAM SÆVÔ DURAVIMUS AMNE PROSENIEM NATOSq;) Quod hic de Jazygibus, Martini paludem accensentibus, dicitur, etiam de aliis populis apud scriptores legere est. De vetustis Italicis populis Virgilius:

*Durum à stirpe genus, natos ad flumina primis
Deferimus, sævôq; gelu duravimus & undis.*

Verùm, ut brevibus agam, de hac examinandi partus consuetudine consule Apologiam pro Germanis contra Galenum, institutam à Clarissimo Viro D. Casparo Hofmano, Med. & Phil. Doctore acutissimo, Academia Altorfina lumine. Nonnumquam lib. 23 v. 94. & que ad illum versum attulit homo Græcè doctissimus Gerart. Falckenburg. p. 1341. Mich. Apollonæent. 15. adag. 81. ὁ Πηϋ ἐλέγχει τὸν νόθον. ibique P. Pantini Notas p. 336. Læl. Bisciol. T. 1. H. S. lib. 3. c. 14.

v. 341. IT MEDIUM) infra v. 654. lib. 3. v. 135.

v. 349. SEPTENÔ TEGMINE) Infra v. 367. *Clypei septemplex orbem.* Ovid. 13. Metam. *Clypei dominus septemplex Ajax.* Eiusdem clypeum & Homerus ἐπὶ τῷ βόειον nuncupat, quod septem bouum tergoribus esset compactus. Callimach. in Dianam οὐρῶ

πρεσβόσιον habet. vide prov. *Animus heptaboëus*. Aristophanes ἄριστος ἐπὶ πρεσβόσιον πρῶτον dixit de homine elato & superbō. Joseph. Ican. lib. 6. v. 500. *Septem corniscans Terga boum.*

v. 355. PELAGI RABIES) Lib. 8. v. 382. *Vastis mare fluctibus inter perfurit.* Horat. 1. Carm. 2.

v. 358. UT BOVIS EXSUVIAS) *Hauftum hoc ex zbundantissimo omnis eruditionis fonte Homero, Iliad. e. v. 389.*

v. 360. UNGUINE) Onomast. Unguen, ἀλοιφή. Lib. 8. v. 302. *piceis unguine.*

v. 368. ARIETAT) Glos. κερύπρες, arietat, cornupetit. Adi Gifan Ind. Lucret. p. 461.

v. 371. OMNIS IN UNUM IT MANUS) *Mox v. 380. Telorum immans in unum it globus. v. 684. Cumq; omnis in unum Imber it.*

v. 374. CONFINE PAPILLÆ) Lib. 4. v. 573. *Confinitia terra.*

v. 379. GALEÆ; FERINÆ) *Supra lib. 5. v. 563. Lips. de Milit. Rom. lib. 3. c. 5.*

v. 380. TELORUM GLOBUS) Glos. Globus κλῶσιμα, σπασθῆ. Est interdum hominum multitudo quasi congregata. Inde tralatē pro multitudine & copiā. *Supra v. 299. Jamq; omnes immune globos, diversaq; lustrans agmina non usquam videt. v. 555. Sanguinis ille globos effusaq; viscera gestat. lib. 3. v. 134. Per piceos accensa globos. Et v. 216. Eumenidum noctisq; globos.*

v. 390. EXOSUS PYRRHÆ GENUS) *Ovid. 1. Metam.*

v. 391. FLUVIUM SI FUNDAT HABENAS) *Ovid. ibid. v. 179. Fluminibus vestris tetas immutite habenas.*

v. 395. ÆGIDA TUM PRIMUM) *Supra v. 173.*

v. 403. REGESq;) *Ita duces aut principes saepe nominantur. Supra v. 172. — Ingentesq; inter sua millia reges. vide Barthium, Musarum Ocellum. ad Claudian. 2. in Rufin. v. 314. & lib. 8. Advers. c. 3. Inferius v. 415. 577.*

v.404. QUORUM AQUILIS) Lipsi. lib. 4. de Milit. Rom. c.3. Scholiast. Juvenal. ad Sat. 10. & 14. ubi hæc adducit. Alex. ab Alex. lib. 4. c.2. Læli. Bisciol. T. 1. H.S. lib.8. c.8. Romanorum autem scelestâ civilia bella hic designat. de quibus fusè egi ad Horat. Epod. 7. & 16.

v.428. CERVOS UMBRÒ VENATOR EDACIPE-
TIT) Confer Senecam Thyeste v. 495.

v. 421. PINNA) Oppian. 4. Hal. v. 588. vocat *δευμαλέην κίβητον*, quæ est linea venatoris, variis pennis conser-
ta, quam *Formidinem*, ab effectu, appellat. Apulejus apolog. *Pinnarum formidines*. Ovid. 15. Metam. v. 475. Nec formidantes cervos includite pennis. Seneca 2. de ira c. 12. *Nec est mirum; cum maximos ferarum reges linea pennis distincta contineat, & ad insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido*. Rittershus. ad Oppian. 3. Cyneger. v. 387. Turneb. 13. c. 21.

v. 442. ORBITA) Glos. *ἀρματοσχεδιά, ἢ χιμαίης ὄπισθεν*, orbita. Vide Scholiasten Juvenalis ad Sat. 14.

v. 443. MUTAT AGROS) Hoc ex Virgilio 8. eclogæ v. 99. *Satas aliò traducere messes; sive, quod XII. Tabb. erat vetitum, alienam segetem pellicere*. Vide supra v. 153. de Choatris, & lib. 8. v. 72.

v. 443. FLUVIUM Q; VIAS) Hujusmodi fluviorum conversiones & retrofluxiones magicò suffurramine fieri posse, antiquitas credidit. Apulejus lib. 1. Metam. *Amnes agiles reverti*. infra lib. 7. v. 391. *Cumq; suis averis collibus amnes*. Virgil. 4. Æneid. *Sistere aquam fluvius*. Vide Ovid. 7. Metam. v. 200. Senecam Medea. Boch. ad Psalm 113.

v. 444. SOPOR RECOLIT FESSOS) Ovid. 7. Metam. v. 244.

v. 447. ATRACIÒ LUNAM SPUMARE VENENÒ)
Vulgò recepta opinio, carminibus magicis cursum Lunæ inhiberi, & cælo eandem deduci, cogiq; spu-

nam in herbas subjacentes effundere, quâ ad magicâ
sacrificia uterentur. Lucan. lib. 6.

*Et patitur cantu tantos depressa labores,
Donec suppositas propior despumet in herbas.*

Apulejus lib. 1. *Lunam despumare.* Joh. VVouver. de
umbra c. 8. Turneb. 6. c. 10.

v. 455 HINC VENERIS THALAMOS, SEMPER Q;
RECENTIA) Paschal. 4. Coron. c. 3

v. 466. ORNATUS Q; TUOS, TERRA CÆLO Q; PE-
TENTES) *Cestum Veneris* intelligit. Svidas: κέστος,
ὁ ἀλακωντιμῶς καὶ ἀλαπεπικιλμένος ἰμάς, ἢ ἰνδύμας
ἀφ' ὅλης καταχρηστικῶς δὲ καὶ πάντεσσι τῶν γυναικῶν
φαντασιώδη ἐνδύματα. Homer. Iliad. ξ.

καὶ ὅτι σηροφιν ἐλύσατο κέστον, ἰμάντα
πυκλινόν· ἰθὺ δὲ οἱ θελάτῃμα πάντεσσι πέντε
ἐνδ' ἐν μὲν φιλότης, ἐν δ' ἰμέροσσι, ἐν δ' ὀρειῶσσι, &c.

Rigalt ad Onofrid. p. 25. & ad Artemidor. p. 62. Vide
hic mox seqq. v. 470.

v. 471. FESTINA CUPIDO) Achill. Tatius lib. 1. de
Clit. & Leucip. κάλλος ἢ ὀξύπερον πτερόν κει βέλγος, καὶ
ἀφ' τῶν ὀφθαλμῶν εἰς τὴν ψυχὴν καταπέττει.

v. 473. AFFATUS Q; MALUS) Vide D. Hieron. in
reg. monachar. c. 24. & 39.

v. 492. LILIA PER VERNOS) Statius 3. Silv. carm.
3. v. 129.

*Qualia pallentes declinant lilia culmos,
Pubentesq; rosa primos moriuntur ad Austros,
Aut ubi verna novis exspirat purpura pratis.*

Turneb. 12. c. 7. Paschal. 3. Coron. c. 8.

v. 517. AESTYRTUS CLYPEI RADIS) Gruterus
Discurs. ad Tacit. parte 1. p. 113.

v. 527. ALIS) Mos est veteribus poetis, ut alas affin-
gant rebus celeribus, quamvis illæ animo sensuq; ca-
reant: ita enim putant declarari cursuum velocita-
temq;

remq; earum. Euripides inde in Jone dixit, cum
Solis ortum ostendere vellet, *ἀπὸ ἡελίᾳ πύρουζ γοῦ*
Eodem modò alas fumo tribuit Virgilius: *— Vo-*
lat vapor ater ad auras. Fulmini item, 5. Æneid.
— Et ventus & fulminis ocior alis. P. Victor. var.
lect. 26. c. 13. Boch. ad Psalm. 17. supra lib. 2.
v. 97.

v. 527. ROSEIS) Tantâ gratiâ & pulchritudine cen-
setur purpureus sive puniceus rosæ color, ut etiam cœ-
lo sit exceptus. Luciferum certè poetæ faciunt ro-
seum; quippe qui est Auroræ nuncius & veneris emis-
sarius. Valerius hîc. Nempe Lucifer è se ejectat il-
lum nitorem resulentum, qui sa Auroræ & Veneri
anteambulonem præbet; qui cum sit roseus, est quo-
que purpureus, scilicet *ἴπ' ἀμφιλύκη*, sub diluculo.
Dracontius :

Est ubi purpureum surgentem ex aquore cernunt

Luciferum vibrare subar, flammâsq; ciere.

Pascal. 3. Coron. c. 7. V. N. ad Hilarii Genesin v. 67.
supra lib. 2. v. 261.

v. 528. QUEM VENUS ILLUSTRIGAUDET PRO-
DUCERE CÆLE) Virg. 8. Æn. v. 589.

Qualis ubi Oceani perfusus Lucifer undâ,

Quem Venus ante alios astrorum diligit ignes,

Exulit os sacrum cœlo, tenebraq; resolvit.

V. N. ad Hilarii Genesin v. 68.

v. 534. ATTONITOS DEFIXERAT) Desigere hîc est
perterrere, externare. Et lib. 7. *defixus attonitua*
sonat v. 81. Mastâ stabat defixus in irâ. Barth. lib. 33. c. 9.
Et v. 600. Atq; stis defixum flatibus urget.

v. 537. NON PASCUA, NON SEPS) ka restituit
ex veteri Codice eruditissimus Salmacius Notis in
Spartian. p. 31. Et *seps*, est *sepes*. de quò v. 531. dixe-
rat: *Fraude novâ stabula, & furtus assuetus inultis*
Depopulare greges. Etq; sepes ex Græcò σῆπις, sepis: us

λίκοι, lupus. σηκόν Græci omnem ~~σε~~ βόλον vocant, sive ex lapidibus, sive ex stipitibus, vel tabulatis constructus sit. Hinc σηκόν, μάνδρα vocant. Sic Latini *sepens pro stabulo*; ut hic.

v. 544. OSTENTAT) Prudent. Psychom. v. 297. *Dum sese ostentat, clypeo dum territat auras.*

v. 548. NECOPINA) I. inopina. vide Festum in NEC. Statius I. Silv. carm. 3. v. 53. *Calcabam nec opineus opes.* 6. Theb. v. 592. *Necopinò fontis.* Et v. 768. *Et manibus necopinum interfert iclum.* Et v. 885. — *Et tergo necopinus inheret.* Ita etiam *necopinans*, est, non-opinans. Glos. *Necopinanter, ἀπεροδοχίτως.* Cicero lib. 15. epist. 4. *plerosq; necopinantes oppressimus.* Livius lib. 2. *Necopinata res Volscos perculit.* Terentius And. 1. 2. *Id voluit, nos sic necopinantes duci falso gaudiò.* Heaut. 1. 2. *Ut hanc lætitiã necopinanti primus ei objicerem domi.* Hecyr. 3. 3. *Unde exordiar narrare, quæ necopinanti accidunt.* Confer Zinzerling. Promuls. Crit. c. 13.

v. 552. ILLUM APERIT LATO PER PECTUS HIA TU) supra v. 243. *Campesius, impactã latus inter & ilia quercis, tollitur.* v. 341. *It medium per pectus & horrida nexu lethifer ara chalybs.* v. 653. *Æsonia vulnus lethale sed hasta per clypeum, per pectus abit.*

v. 555. SANGUINIS ILLE GLOBOS) Ovid. 12. Metam. v. 238. *Sanguinis ille globos pariter cerebrumq; merumq; vulnere & ore vomens.*

v. 556. FRIENDENS IRA) Valdè indignantium gestus: quo de Boch. ad Psalm. 34.

v. 564. VELATUS ARUNDINE PEUCON) Fluminibus corona necebat ex arundine. Ita Æneid. 10. v. 205. — *Velatus arundine glaucã Mincius.* Et Tyberim — *tenuis glaucò velabat amictu Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo:* Æneid. 8. v. 33. Ad. Paschal. 4. Coron. c. 1.

v. 570. IMMORITUR PRIMÆVUS HELIX; NEC RED-

REDDITA CARO) Qui senio confectis parentibus curam nutritionis non reddunt (quod D. Paulo est *μισθὸς ἀποδίδου τοῖς ἀσθενέσι*. 1. Timoth. 5, 4. Hesiodo lib. I. v. 135. *ἀποδόναι θρεπτήρια*. Euripidi Medea v. 1033. *μεθροπέην*. Dionys. Halic. lib. 8. *μεθροπέης ἀποδόναι χάριτας*. & T. 2. p. 182. *μεθροφείν τὰς πατέρας*. quò verbo & Libanius declam. 38. utitur : qui etiam declam. 44. dicit *μεθροπέην & ἀποδίδου πρέπειαι χάριτας*. Oppian. 2. Cynaget. v. 349. *πίνυθ' κομιδὴν παροδοσφίης ἀλεγεινῆς*. Proverbialiter est *ἀνπιταργεῖν & ἀνπιταρῶσις*, de quò Basil. M. hexaem. homil. 8. p. 36. Phile in hist. animal. c. 6. Camerar. cent 3. medit. hist. c. 66. Richt. ax. Oecon. c. 44.) malam plerumq; pestem opperunt; ut hîc *Helix*; & *Simoisius* apud Homer. Iliad. 4. v. 47. *Hippothous*. Iliad. 9. v. 301. *Hippasius* apud Coint. Smyrn. lib. XI. v. 88. Confer Theognid. v. 819. Seber. ad v. 4. Pythagoræ & Rittershus. ad Oppian. Hal. 5. v. 84.

v. 573. **SANGUINIS UNDA**) Ind. Dracontii Galter. lib. 2. v. 320. *Cum sanguinis unda meatum Fluminis adjuvit*.

v. 576. **MAGNI CERTAMINA BELLII**) Æneid. 10. v. 146. *Duri certamina belli*. Lucret. lib. 2. v. 5. *certamina belli*. Et lib. 4. v. 844. *certamina pugna*.

v. 588. **FERVERE CAMPO**) Lib. 7. v. 150. *Atq; iterum infesta se fervere cade Lacena credit agens*. Lib. 1. v. 12. *Fervere cuncta virum catæ*.

v. 590. **VIRTUTE**) *Virtus*, pro fortitudine bellicâ. V. N. 4. Pont. 7. v. 51. & ad Horat. XVI. Epod. Supra v. 200. *Mixta perit virtus*. lib. 8. v. 390. — *Qui non furis, nec amore nefando per freta, sed solâ sese virtute sequantur*.

v. 590. **CONTRA REDDIT**) *Ut dare, est dicere*, supra v. 118. ita *reddere, respondere*. Lib. 1. v. 209. *Vox reddita tandem viris*, lib. 8. v. 59. *Reddit irepido cui talin*

Virgo. v. 444. parantem reddere dicta virum. Prudent. 2. in Symmach. v. 17. Hac ubi Legatus; Reddunt placidissima fratrum ora ducum.

v. 607. IRATOQ; VOCATI à JOYE FATALES AD REGNA INIUSTA COMETE) Peculiariter hoc sidus portendere imperiorum mutationes, communis est opinio. Lucan. lib. I. v. 524. — *Terris mutantem regna Cometen.* Statius lib. I. Theb. v. 698. *Mutent qua sceptrum Cometa.* Silius lib. I. *Crine ut fatiferò terret fera regna Cometes.* Joseph. Iscan. lib. 2 v. 311. *Tot regna Cometa dispensant.* vide Goclen. Disputat. Physic. 38. p. 307. Richter. ax. politic. c. 309. & quæ attuli, in tractatulo, quòd signa in cælo protendant mala. And. Dudithium de Cometarum significatione. Eryc. Putean. de Cometa lib. 2. c. 1. Bernh. Zieritzium Dissertat. de Con- vers. & Evers. Rerum pub. p. 40.

v. 611. INCANUIT) Ind. Draconii. Supra lib. 3 v. 32. *Leni canebant aquora sulco.*

v. 612. ABIIT HIBERNUS) Aspiratis interdum esse pro consonâ Poet. Gissen. c. 2. p. 7. Supra v. 323. — *Tu qui facilis hominumq; putasti.* Et v. 152. *Omnibus in superos, saevus honor.* Lib. 8. v. 159. *Impedii hymenæos.*

v. 612. IN ARCTOS) Dux sunt Arcti: Helice & Cynosura: de quibus supra lib. 1. v. 17.

v. 622. CONTRISTAT) Glos. *Contristat, tristem facit.* λυπέ. Lib. 3 v. 426. *Silvaq; super contristat opatâ.* Virg. 3. Georg. v. 279. *pluvio contristat frigore calum.* Aeneid 10. v. 175. *Ac laevo contristat lumine calum.*

v. 631. FUNERA MISCEBAT) Supra v. 428. *Funera miscbant campis.*

v. 647. SATURARE VENISTIS) Græcismus est: ut libro 4. v. 406. *Ditem volat asbere Memphim Præcipere.* Aliquam multa exempla congeffit Barthius à *Ἐαυδοσῶ*, ad Claudian. de bello Gildon. v. 51. & de laudibus Serenæ v. 101. ad eclog. 3. Nemes. v. 56.

v.655. ACERRAT) Uicitur & Statius hoc verbo, Theb. 3. v. 214. — *Multumq; nefas Etheoclis acerbat, Crudelem infandumq; vocans.* Et lib. 12. v. 74. — *Venientia qui nunc Gaudia & ingratum regni mihi munus acerbas.* Virg. XI. Æn. v. 407. *Formidine crimen acerbat.*

v.658. PERSEQUITUR Lustrans, Oculisque ARDENTIBUS HERET) Et hæc affatim illustrata sunt à Barthio industriosissimo ad Claudian. lib. in nupt. Honor. & Mariæ, v. 5.

v.664. COMAS) Ind. Dracont.

v.674. ROSEÛ IN ORE) *Roseum* dicitur, quicquid pulcrum est & allubescit. Achilles Tattus lib. 1. τὸ σῆμα ῥόδων ἀνθ' ἧν. ibid. Νεφεῖος μὲν τὸ ὠρῶσιν ἐστὶν ἔργον. ῥόδον δὲ ἀνέτελλεν ἐκ τῆς ταπεινῆς. Supra lib. 5. v. 365. *Rosea perfundit luce juvenia.* Hoc libro v. 517. *Roseis it Lucifer alis.* Vide omnino Carol. Paschal. 2. Coron. c. 6. p. 154. Lib. 8. v. 30. *Roseô talis per nubila ductor implet honore nemus.* Et v. 257. *Roseâ radiante juvenia.*

v.689. DOMUS IMPERFECTA CUBILI) Imitatus est Homerum, qui de Proteusilao dixit interfecto, Iliad. β. v. 701. καὶ δὲ μὲν ἡμιπέλης. Ubi adstipulatur eorum sententiæ, qui immaturâ morte abreptos interpretantur, nullis superstitibus liberis. Turneb. 29. c. 25. quem vide & lib. 21. c. 17.

v.699. SEMIVIR) Lib. 8. v. 347. *Sub freta semiviri.* Est autem *semivir*, effeminatus & mollis, animique muliebris. Thrac. connub. l. n. 90.

v.699. EOÆ STAMINE SILVÆ) V. N. ad Dracont.

v.700. TIARAM) Hic videlicet tiara gestamen fuit primorum, nempe, ut Svidas & Hesychius ajunt, τῶν στρατηγῶν, ducum; & eum tiaram hic describit. Paschal. 10. Coron. c. 1. Et regum Persicorum fuisse tiaras, torques, actinaces, quibus adde manicas, hinc discimus. Paschal. ibid. c. 2.

v. 702. IMPROBA TEGMINA) i. calcei purpurei. Color enim improbus, pro purpureo Latinis. Hinc improba Tyros Martiali. Seneca; Qui lacernas coloris improbi sumunt. 1. purpureas. Estq; improbus color; superbus & arrogans; purpureus, qui pro suâ majestate reliquos sibi colores, tanquam minores, ut majori, digniori potentioriq; cogat adsurgere. Cl. Salmas. Notis ad Ælium Spartian. p. 148.

v. 704. MACULATAM MURICE TIGRIN) Tigrides etiam bellatoris caput & superiorem corporis partem horrificabant. Paschal. 10. Coron. c. 17. Virg. XI. Æn. v. 577. Tigridis exuvie per dorsum à vertice pendunt.

v. 711. UBERE TERRÆ) Uber, pro ubertate. Eumenius panegy. Terra tanto frugum ubere, tanto latâ numero passionum, tot metallorum fluens rivis. Prudent. 2. in Symmach. v. 950.

Quantos quaq; ferat fructus provincia, quamq;
Ubere secundo largè suat orbis opimus.

Vide indicem Draconii in Ubera musti. Zinzerling, promul. Crit. c. 25. Virg. 3. Æn. v. 164. Terra antiqua, potens armis atq; ubere gleba. lib. 7. v. 262. Divitis uber agri. vide supra v. 39.

v. 715. LVLSAM EXTENDIT ARENA) Æneid. 5. v. 74. Et fulva moribundam extendit arena. Et lib. 12. v. 276. Transadigit costas, fulvaq; extendit arenâ.

v. 723. IT CRUOR) Lib. 4. v. 329. Tenues tamen ira cruores fiderea de fronte cadunt. lib. 8. v. 241. dixit, fluxisse cruores. lib. 3. v. 276. It gemitus, lib. 6. v. 381. It globus telorum immanis in unum.

v. 725. HIS CÆLUM QUESTUBUS IMPLET) Virg. 9. Æneid. v. 480. Cælum dehinc questubus implet. Georg. 4. de Philomelâ v. 515. Et mæstis latè loca questibus implet.

v. 729. OMINA PŒNAS) Guilielm. Canter, lect. novar. t. c. 8.

v.732. SÆVA QUIDEM LUCIS MISERIS MORA)
V.N. ad Dracont. v.381.

v.737. GALEAM SINGULTIBUS IMPLET) Supra
v.511. *Et longus campos singultibus implet.*

v.738. INCENDIA BELLII) lib. 7. v. 243. *Incendia
mentis. lib. 8. v. 399. Atq; alius lueret tam sava incendia
raptor. Afinius Pollio ad Ciceronem lib. 10. ep. 33. Res
anim cogit huic tanto incendio succurrere omnes, qui &c.*

v.744. ATRÔ NEBULAM DIFFUNDIT AMICTU)
Ita Æneid. 1. v. 415. *Æneam & socios.*

— *Venus obscura gradientes aere sapfit,
Et multo nebula circum Dea fudit amictu;
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset.*

v.748. PUGNÆ IN ORAS) Ita Ennius oras ballâ
dixit.

v.750. SOLISQ; JUVANT CLAMORIBUS AEMEN)
Videatur de clamore bellico Gruter. parte 1. Discurs.
ad Tacit. p. 109. El. Reufner. 2. Strategem. c. 16. & 36.
Alex. ab Alex. 4. c. 7. Camerar. medit. hist. cent. 1. c. 77.
Supra lib. 3. v. 83.

A D

LIBRUM VII.

VERS. 3. NOXQ; RUIT) Lib. 1. v. 274. *Sol ruit,
& totum Minys latantibus unda deduxere di-
em. infra v. 455. Neq; enim matura ruebant
sidera. Virg. c. Æneid. v. 549. Nox ruit, Æ-
nea. lib. 8. v. 369. Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur
umbris. C. Mar. Victor lib. 2. v. 356. Nox ruit, & subita
calum obduxere tenebra. Coint. Smyrn. lib. 4. v. 657.
ἡὺς δ' ἐπὶ ῥοσε μέλαινα.*

v. 3. SOLI VENIENS NON MITIS AMANTI)
Trahas huc illud Horatii lib. 1. ep. 1. *Vt nox longa, quibus
mentitur amica.*

N 5

v. 23h